



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XX. Ad tit. XXXVII. de postulando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

ri de Febi. Alter : De Stanfor. Et Priori & dephebi. Gregoriani in notis: de Stanpho & Priori de Plib. A. Augustinus in secundâ collectione, de Stanfort & Priori de Esibili. Et in margine: De Esebi. Ego jam capite præcedenti mosui, eandem hanc esse inscriptionem, quæ habetur in capite IV. anteriore. Mennit castri Stanford Henricus Huntindoniensis lib. 8. pag. m: 397. n. 52. In compil. I. Abbatii de Stradefort.

Inscriptio capituli ultimi ita integrari debet: Johanni, tituli S. Praxedis, Presbytero Cardinali, Apostolicæ sedis legato: *Cap. ultima.* emendatur. Fuit is Johannes Columna Romanus, creatus ab Honorio III. anno 1216. *Johannes* Vide Volaterranum lib. 22. Antropol. & Onuphrium lib. 4. *Columna.* c. 22. de Basili. Lateran.

Agit autem hoc capitulum de dissensu Ecclesiæ Græcæ & Hypothesis Latinæ. Digna sunt, quæ integrè legantur, quemadmodum *capituli.* Emendatores Gregoriani capitulum totum repræsentant. In specie quærebat Johannes, quomodo puniendus esset Neoportensis Archidiaconus, qui quibusdam eundi cum mercibus in Alexandriam contra statutum concilii generalis licentiam de facto tribuebat. Respondit Honorius, quod debeat in humaniorem partem inclinare, propter statum Latinorum adhuc in oriente debilem. Prudenter! Brevi enim duravit hæc Latinorum potestas, sub Michaele Palæologo recuperatâ CPoli & Latinis ejectis. *Latinor. in oriente,* brevis dominatus.

CAP. XX.

Ad tit. XXXVII. de postulando.

S U M M A R I A.

1. Connexio tituli cum superioribus.
2. Rubrica in prima compilatione habet aliter.
3. Advocati & patroni causarum differunt.

Post pacta & transactiones agitur de postulando, ordine in Connexio jure civili observato. Leges Duodecim: Rem ita nisi pateat tituli cum gunt, in foro vel comitio causam consuscito. *superioribus.*

M 3

Ca- bns.

**Rubrica in
prima com-
pilatione
aliter ha-
bet.**

**Advocati,
& patroni
causarum
differunt.**

Capitulum primum est ex concilio Lateranensi, sub Alexan-
dro tertio, capite XII. In primâ compilatione non ita concipitur
hic titulus: Sed de officio *advocatorum*: In reliquis penitus o-
mittitur. In quintâ habetur: Sed ponitur capitulum, quod
Gregorius sub titulo suæ collectionis superiori, de officio Judi-
cis, collocavit. Prohibentur autem clerici in subdiaconatu, &
supra, coram seculari Judice advocare. Ita loquitur capitulum,
id est, postulare. Non enim omnes Advocati causas agunt; Alii
enim lites dirimunt, ut assessores, Advocati dicti, quia in consilium
advocantur *l. ult. C. de Advoc. div. judic.* Alii qui adsunt
alteri in causâ, officii gratiâ. Et appellatur *Advocatus*, usu Ro-
manorum, et si nihil dicat, vel agat, sed tantum paratus sit defendere:
Patronus propriè qui agit causam, non accusantis, sed ac-
cusati. Cicero pro Cluentio: *Quis unquam non modo in patroni
sed in landatoris, aut Advocati loco viderat.* Et Asconius Pedia-
nus: *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si ora-
tor est, aut Advocatus, si jus suggerit, aut presentiam suam commo-
dat amico.* Sed hodie promiscue sumuntur, patroni, advocates,
causidici, oratores, Rethores, Scholastici, togati. Advocato-
rum nomine veniunt locorum quoque sacrorum defensores *Endi-
xos*, ut in primitivâ Ecclesiâ, qui per uniuscujusque civitatis inco-
las eligebantur, ut notat Balsamo *ad can. 78. concilii Carthagi-
ensis*. Vicedomi, custodes, Guardiani, Castaldi.

ECLOGA X.

CAP. I.

Ad Tit. XXXVIII. de Procuratoribus.

C A P I T . I.

S U M M A R I A.

1. Capit. I. inscriptio.

4. Ecclesia de Bubet.

2. Capit. II.

3. Salisberiensis Episcopus, non 5. Ad capit. VI.
Sabinensis.

II-